



Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Alia ead eundem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55294)

Alia ad eundem.

O Clementissime, & misericordissime Iesu, miserere Ecclesiæ tuæ, miserere huius loci, huius congregationis. Concede, vt sit hic humilitas, pax, charitas, continentia, puritas. Concede, vt omnes dignè emendemus, & corrigamus nos, & timeamus te, & seruiamus tibi fideliter, & diligamus te, & placeamus tibi. Cōmendo pietati tuæ omnia negotia, & omnes necessitates nostras. Miserere omnium hominum, pro quibus sacrosanctum Sanguinem tuum fudisti. Eia, conuerte, & reuoca miseros peccatores: Da viuis veniam, & gratiam: Da fide-

delibus defunctis requiem, lucemque sempiternam, Amen.

Oratio ad B. Virginem.

O Maria Virgo dulcissima, & Mater Dei dignissima, miserere mei vilissimi peccatoris. Saluto, & veneror te toto corde. Impetra mihi obsecro plenam omnium peccatorum remissionem, Impetra perfectam mei mortificationem, & abnegationem. Impetra veram humilitatem, patientiam, charitatem, & linguæ, atque sensuum omnium continentiam. Impetra puritatem, simplicitatem, nuditatem, libertatemque mentis, & perfectam cum Dei voluntate conformitatem, ut
sua